

CANCEL:  
MARTIS B:  
1717:



\*

Zu 00

Se

כאחע  
שפת ישרים

S.  
DE

**DIALECTIS EBRÆO-  
RUM PURIS,**

DISSERT. II. EAQVE SPECIALIS,

*QVOD*

**ÆTATEM MOSIS,**

QVAM  
AUTORITATE AMPLISSIMI SENATUS  
PHILOSOPHICI,  
IN ACADEMIA LIPSIENSI,

*SUB PRÆSIDIO*

**M. JOHANN. DAN. KIESSLING,**

*AD D. XXX. NOV. A. MDCCXII.*

PUBLICÆ DEFENDET,

**JOHANN. LOTH.**

PLAV. VARISC. PH. ET TH. ST.

*H. L. Q. C.*

---

*LIPSIÆ,*

LITERIS GOETZIANIS.

*JOHANN. DAN. KIESSLING*



HIERONYMUS

IN EPISTOLA AD LĒTAM:

NON SUNT CONTEMNENDA  
QVASI PARVA, SINE QVIBUS MAGNA  
CONSTARE NON POSSUNT.

27

VIRO  
SUMME REVERENDO, MA-  
GNIFICO ET AMPLISSIMO,  
DOMINO,  
JO. HENRICO FEUST-  
KINGIO,

S. S. THEOL. DOCTORI CELEBERRI-  
MO, SERENISSIMO SAXO-GOTHANO DUCI A-  
CONCIONIBUS AULICIS ET CONFES-  
SIONIBUS;

SACRORUM IBIDEM ANTISTITI SUMMO, ET ECCLE-  
SIARUM CONSILIARIO VENERABILI &c.

PATRONO, FAUTORI ET  
PROMOTORI MEO, OMNI VENE-  
RATIONIS CULTU, VEREQUE PATERNO,  
SUSPICIENDO.

**S**TRIDENTIA ANHELANTIA QUE VERBA  
 hec (ut cum Hieronymo loquar) SUMMO NOMINI  
 TUO paulo timidius inscribo, dum tot tantaque Tua  
 in nos merita simul in mentem revoco. Etenim Parens  
 meus cum aliquamdiu, & quidem ea temporum necessitate, qua  
 sinceritas amicorum probatur, apud Vos ageret, tanto favore  
 atque amicitia istum dignatus es, ut certus esse potuerit, Te  
 non spe mercedis adductum, (quid enim ab exule expectari pote-  
 rat?) sed omnem amicitia fructum amato potius quam Tibi ipse  
 tribuere. Non commemorabo eximiam prorsus voluntatem, quam  
 mihi presenti aliquoties prater ullum meum meritum testatus es.  
 Et quid ista innumera enumerare allaborem? cum quid repen-  
 dam, vix suppetat, nisi sola verba. Hec itaque offeram stri-  
 dentia, qua Tuas laudes Tuaque merita, licet non pleno gut-  
 ture & strepitu, exilitamen concentu strideant & resonent, quam-  
 diu supererunt; Anhelantia, qua Tuum favorem & summum Pa-  
 trocinium etiam imposterum sollicitè anhelent & assequantur.  
 Maximum & optimum pro hoc quod possum, assidue exequar, ut  
 Benignum Numen flagitem, ut non solum Splendidissima Tue  
 Familia semper ostendat ὑπερβάλλον μέγεθος Ἰησ δυνάμεως αὐτῆς,  
 sed & inprimis SUMME REVERENDA MAGNIFICENTIA  
 TUA ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον abundet in scientia & omni αἰδιό-  
 σσει, qua non modo apertos Christi hostes magnumque istum ἀνο-  
 μον retundere, verum & παρεισάκτως ψευδαθέλας, ἐχούλας μάγ-  
 φων εὐσεβείας, sed sicut Jannes & Jambres veritati relu-  
 ctantur, & ideo signa ultimorum dierum, ab Apostolo consti-  
 tuuntur, ἀπολέσειν & ἐπισομίσειν possis! Ceterum non dubito,  
 Te isto favore & patrocinio & imposterum dignaturum esse,

AMPLISSIMI NOMINIS  
 TUI,

Scrib. Lipsiæ. d. 29. Nov.  
 A. MDCCXII.

cultorem perpetuum  
 JO. DAN. KIESSLING.

SECTIO POSTERIOR.  
DE  
DIALECTIS HEBRÆORUM  
IN SPECIE.

**I**N hac tractatione cur Epochæ I. prorsus negligatur, rationem, uti confido, sufficienter alibi indicavi, maxime autem hanc, quod necessaria monumenta deficient. Equidem non ignoro, quod Cl. *Campeg. Viringa*, Academiæ Franqueranæ Professor, hypothesein alias non ineptam nobis quondam dederit, librum nempe Geneleos maximam partem ex Schedulis patriarcharum, Henoch, Noah, Sem, Abraham, Isaac, Jacob &c. constare, quam quoque probabilibus argumentis suffulcire conatus est; Quoniam tamen, hoc etiam admisso, adhuc incertum manet, an totam narrationem comprehenderint, vel annon potius annotatiuncula quædam nominum & Genealogiarum fuerint, quas deinde Moses prolixius descripserit, curiositatem istam nunc omittemus, & tantum ea, quæ nobis usui esse possunt, ex Epochæ II. recensēbimus, præsertim stylo Geneleos Mosis scripturæ generi favente, uti passim hoc annotamus, licet nonnihil purior sit, & nonnisi rarius dialecti occurrant. Licet autem constitueram, has dialectos conjunctim in tribus tractare, ita ut statim discrepantiam styli demonstrassem, (uti ex prim. diss. c. III. §. 1. sqq. constare potest); Verum cum præter spem nostræ meditationes creverint, præterea comperiam, gratus L. B. fore, si distincte quoque hanc classē tractarem, etiam hac in parte meæ susceptæ provinciæ non deero. Totus itaque labor noster occupabitur circa sermonem, qui in istis locis obtinuit, ubi Moses, Israelitæ, Hiobsejusque amici, versati sunt; atque illum cognoscere al-

laborabimus ex scriptis Mosaicis librisque Iliobi, quæ nobis fundamenti loco hic erunt. Subsidia autem nobis præbent linguæ nonnullæ peregrinæ *Aramæa* nempe seu uti hodie extant distinctim *Chaldaica & Syriaca*, interdum etiam *Arabica*, quæ tunc temporis, licet non in hac discrepantia, obtinuerunt, (uti infra prolixius demonstrabitur,) atque variis dialectis occasionem præbuerunt. Hinc etiam mirum videri non debet, si horum temporum dialecti sæpius cum stylo ultimæ Epochæ, captivitatis scilicet Babylonicæ, conveniant, quoniam utrobique eadem causa, nempe Aramæa lingua adfuit, ita ut non potuerint non iidem effectus s. eadem dialecti obtinere, quod in antecessum monitum volumus, ne quis ista exceptionum loco habere audeat.]

## SPECIMEN DIALECTORUM CIRCA ÆTATEM MOSIS USITATARUM.

### *Summa.*

§. 1. Methodus adducendarum dialect. indicatur. §. 2. Quoad vocales in pronomine masculino מִן dialectus notatur. §. 3. Prima perf. sing. fut. Niphal dialectica examinatur. §. 4. In literarum mutatione variæ dialecti recensentur, quod & §. 5. 6. continuatur. §. 7. Mutationes in vocalibus & literis simul factæ explicantur. §. 8. Significatus vocum dialecticus eruitur. §. 9. Disquiritur de vocabulis Chaldaico-Syris, quæ civitate Hebraica donata sunt; id quod & §. 10. de Arabicis quibusdam demonstratur. §. 11. De phrasibus dial. agitur. §. 12. Utilitas ex hac doctrina ad linguam Hebraicam ejusque historiam redundans percensetur, imprimisque quæstio: *Quodnam commune illud idioma fuerit, Cananæis antiquis usitatum?* §. 13. Quid commodi Grammatica, Lexicon & autoritas punctorum vocalium exinde obti-



obtainat, ostenditur, & tandem §. 14. historia Jobi ejusque libri ex his principiis illustratur.

§. I.

Cum jam dialecti in specie nobis recensenda sint, dispicere æquum judicamus, ut distincte & bono ordine istas proferramus. Itaque secundum nostram methodum ab iis exordiemur, quæ in *vocalibus* observare nobis licuit, deinde progrediemur ad ea, quæ ex mutatione vel *literarum* vel *utriusque* simul oriuntur, porro *significatus* dialecticos eruere conabimur, & tandem specimine *formularum* & phrasium dialecticarum subjuncto applicationem & usum paucis demonstrabimus. Atque hæc erit præsentis speciminis tractatio.

§. II.

*Vocales* si spectemus, notabilis occurrit dialectus in pronomine masculino אַתָּה vel אַתְּ, siquidem pro isto interdum legimus אַתְּ, ac si foemininum esset. Sic enim Moses Num. XI. 15. ad Deum dicit: וְאַתָּה כֹּכָה אֵת עֲשֵׂה לְאוֹכְלִי, *sic enim Tu ita es facturus mihi.* Populus quoque Israeliticus Devt. V. 24. ad Moysen dicit: וְאַתָּה תִּדְבָר אֵלַינוּ & *in loquaris ad nos.* In quem locum *R. Sal. Jarchi*, causam redditurus hujus pronominis ex circumstantiis & occasione sermonis ita & ut mihi videtur ἀπεσδιονύσας commentatur: הַתְּשִׁימוּ אֵת כּוֹחֵי דְבַרְכְּכֶם וְגַם כִּנְקַבְּהָ שְׁנֵצְמֵתִי עֲלֵיכֶם וְגַם כִּנְקַבְּהָ שְׁנֵצְמֵתִי עֲלֵיכֶם וְגַם כִּנְקַבְּהָ שְׁנֵצְמֵתִי עֲלֵיכֶם וְגַם כִּנְקַבְּהָ שְׁנֵצְמֵתִי עֲלֵיכֶם *Debile facitis robur meum cum femine cujusdam, ut ignominia afficiar Vestri causa &c.* Verum *Origo* & causa longe tutius in Aramæa lingua quaerenda videtur, ex qua deinde in Hebræam irrepsit. Notum autem est, quod eandem formam in hoc pronomine habeant, tam Chaldæi quam Syri. Hinc & Onkelos in iisdem locis hochabet, nempe in priori וְאַתָּה עֲבֹד לִי, in posterioribus, v. g. קִרְבֵּנִי אֵת וְשָׁמְעֵנִי. Pro quo Daniel plenius usurpare solet אַתָּה, Dan, II, 29-31-36. 38. c. III, 10. c. V, 13. &c. Atque

que eandem quoque formam Syri habent np. אַיִן v. g. Act. VIII, 30. verba Philippi ad Eunuchum Syrus ita interpretatur: אַיִן בְּנֵי אַיִן אַיִן אַיִן אַיִן אַיִן *numquid intelligis tu, quid legas* Tu, atque in aliis locis innumeris, uti unicuique vel ex grammaticis constare potest. Hinc etiam est, quod Ezechiel, qui in Chaldaea prophetavit, c. XXVIII. 14. de Rege Tyri ita loquatur: אַתָּה כְּרֹבּ, *Tu es Cherub*. Triatantum loca esse, in quibus hæc observatur pronominis forma, notat Masora in Num. c. XI. hisce verbis: אַתָּה בְּלִישׁתִּי זָכָר וְנָרָה *Pronomen אַתָּה ter occurrit in genere masculino &c.* quibus deinde subjungit singula illa loca, a nobis jam tum recensita. Illis proinde eruditis adstipulari nequeo, qui enalagen form. pro masculino hic statuunt, putantque genus in talibus locis non adeo accurate observari; Verum attendere isti debebant, quam dura hæc sit enallage, scriptorique divino ferme inconveniens, ut v. g. Deum in foemino alloquatur, genusque non adeo rigide observet,

§. III.

Singularis quoque est illa in prima pers. sing. fut. Niphil dialectus, quando pro sono e | . | pronunciarunt i | . | ita ut v. g. Sarah pro אֲבִנָּה dicat אֲבִנָּה Gen. XVI. 2. quod & Rahel adhibet Gen. XXX. 3. Sic אֲמַלְטָה Gen. XIX, 20. quod & in Jobi libro quater occurrit, nempe Cap. I, 15. 16. 17. 19. אֲשַׁבַּע Gen. XXI. 24. אֲכַבְדָּה Exod. XIV. 4. & 17. אֲנַמְרָה Exod. XXIX, 42. quod adhuc ter in Mose repetitur, nempe Exod. XXX, 6. & 36. Num. XVII, 19. Pari ratione usurpatur אֲקַרָה Num. XXIII. 15. & ab Hiobo אֲיָרָה c. III, 3. *Originem* atque causam hujus pronuntiationis indagaturi, forsitan non erraverimus, si iterum ad Aramæam linguam recurramus, certumque videtur, quod ex conversatione cum aliis huic pronuntiationi assverint: Chaldaei enim in conj. pas-  
siva

siva Ithpeel dicunt **אֶתְּפִיב** *adificabor*, **אֶתְּפִיב** *eripiar*, **אֶתְּפִיב** *perveniam* &c. uti notum est. Quod autem solum sonum i non tamen simul literam ת a Chaldæis in suam dialectum transfulerint, ideo factum videtur, ne confusio oriretur conjugationum, si v. g. dixissent **אֶתְּפִיב** **אֶתְּפִיב** &c. nam ת jam tum pertinet ad characteres conjug. Hitpael. Atque hanc ob causam videtur Simfôn, utpote isti ætati propior, & inter Philistæos assidue versatus, hoc imitari, ut dicat **אֶתְּפִיב** Jud. XVI, 20. **אֶתְּפִיב** ibid. v. 28. Confirmant hunc ortum ultimi scriptores, qui inter Chaldæos vixerunt: Isti enim sapius hanc prononciationem adhibent, v. g. **אֶתְּפִיב** sexies apud Ezechielem occurrit, nempe c. XIV, 3. ubi bis, c. XX, 3. & 31, ubi iterum bis, & c. XXXVI, 37. Sic apud eundem **אֶתְּפִיב** c. XX, 5. **אֶתְּפִיב** ibid. v. 36. **אֶתְּפִיב** c. XXVI, 2. **אֶתְּפִיב** Jer. XVII, 14. Haggai quoq; inter ultimos prophetas ex Chaldæa redeuntes, habet **אֶתְּפִיב** (pro quo tamen nonnulli codices legunt **אֶתְּפִיב**) c. 1. 8. Add. 1 Reg. XIX, 10. 14. Novi quod alias Viri eruditi dicant, sonum hunc in prim. sing. fut. Niph. esse regularem, quoniam in reliquis personis secunda & tertia, idem reperiatur, v. g. **אֶתְּפִיב**, **אֶתְּפִיב**, hinc & primam personam ad analogiam reliquarum eodem sono affici debere, nisi quod ob confusionem primæ & tertiæ personæ hoc aliter fiat (י enim & נ ob lenitatem suam in prononciatione parum differre. Atque hanc rationem jam dudum celebris ille Judæorum Grammaticus *R. Sal. b. Melech* ex Kimchio attulit, in vocem **אֶתְּפִיב** ita commentatus: **אֶתְּפִיב** ורוב ארץ איתן בנפעל כסגול כדו שלא ויערב עם הארץ בקריאה יוד איתן בקריאה: i. e. *Cum chireck est א, ut plurimum autem א futuri in Niphal cum י est, ne confundatur cum י futuri (3 person.) in prononciatione. Verum א & י olim multum discrepasse, ita ut א asperius sit prononciatum, dubitari non potest, licet hodie accuratam harum literarum prononciationem nesciamus, vel saltem non adhibeamus. Deinde eadem ratio obtinere deberet in Kal, ut v. g. regulariter dicere-*

In Mich. Josephi. fol. 7. col. 4. circa fin.

In Hebr. rest.  
P. 93.

ceretur **פִּקְדָּן** &c. quod tamen nunquam reperitur, sed tantum in conj. pass. Niph. Hinc tutior ista erit quam indicavimus, causa atque ratio, cui & inductio exemplorum favet: Ea enim, quæ *Wasmuthus* affert, quod nimirum ob concursum duorum Schevaïm fit ordinarium chirek, (v. g. **אֲנַפְקָר**) vix refutatione opus habent. Caterum hoc non prætereundum est, quod eadem dialectus postea in tribu *Juda* obtinuerit; Indeque est, quod David eam sæpius adhibeat, v. g. **אֲמַלְטָה** 1 Sam. XX, 29. quod & repetit ib. c. XXVII, 1. Idem porro dicit **אֲכַבְרָה** 2. Sam. VI, 22. **אֲוֹשֶׁעַ** ib. c. XXII, 4. conf. **פֶּ**. XVIII, 4. & **פֶּ**. CXIX, 117. **אֲנַצֵּלָה** Ps. LXIX, 15. Sic **אֲשַׁבְטָה** 1. Sam. XII, 7. Salomo dicit **אֲנַרְשֵׁ** Prov. XXX, 9. Micha, Morastæus ex *Juda*, **אֲנַפָּה** c. VI, 6. & tandem Jesaias **אֲנַקְמָה** c. I, 24. Facillime autem ratio constare potest, cur in hac tribu postea ad usum revocatum fuerit hoc loquendi genus, si saltem consideremus, istos autores hoc vel ex frequenti Mosis lectione habuisse, vel quod magis placet, Chaldaeos imitatos esse uti & in aliis: Sic David dicit **תְּגַמְלוּהוּ** beneficia ipsius, Ps. CXVI, 12, ubi purum putum suffixum Chaldaicum, **מְלָכִין** reges Prov. XXXI, 3. **מִדְּהַבָּה** Jes. XIV, 4. &c. Atque hac ratione non solum causa & origo hujus dialecti, sed etiam ejusdem fata distincte patent.

#### §. IV.

Ad dialectos, quæ in *litteris* occurrunt, nunc accedendum est. Atque hic in primis notandum venit pronomen **הוּא**, pro quo Moses semper labet **הוּא** cum ו, exceptis tantum undecim locis: Id quod & observatur Hiob. XXXI, 11. ubi dicitur: **כִּי הוּא זָמָה** nam hoc esset scelus &c. Sed cum hæc alibi pluribus vindicaverimus, originemque simul indicaverimus, aliquid hic addere supervacaneum erit. Progredimur potius ad alia majoris momenti. In *litteris* hisce cognatis **ו**, **ז**, **צ** & **ס** frequens observatur permutati

In diss. nostr. I.  
c. III, §. 3.

tio, e. g. נָזַעְכוּ יָמֵי בָּרְעָכוּ *dies mei extincti sunt, pro ברעכו* Hiob. XVII, 1. וְחָלְתִי וְאִירָא *veritus sum & timui, pro רחלתי* Hiob. XXXII, 6. (quod & orig. Chaldaicum est.) Ex hoc principio explicarem quoque vexatum illum Mosis locum, Deut. XXXIII, 25. וְכִימוֹךָ דְּבָאֵךְ *& sicut dies tui, merum tuum* &c. i. e. quamdiu eris, tamdiu quoque liquor & optima potulenta e terra sibi prodibuat, ita ut ex זֶרֶב *fluido, liquore*, deducatur, mutato † in ר, & accedente נ paragogico. Atque noster significatus melius ad contextum quadrat, quam si cum aliis dicamus, *robur, fortitudinem, famam* &c. Nam de benedictione & fertilitate terrae ibi sermo est. Consentientes nobis hic habemus nonnullos Rabbinorum, quorum sententiam adducit R. Jacob Abendana hoc modo: וְיֵשׁ מִפְּרָשִׁים דְּבָאֵךְ כְּמוֹ זְבָאֵךְ בְּחֻלּוֹךְ ז' ו' ב' לִית וְכֵן יָמֵי נָזַעְכוּ כְּמוֹ בְּרָעָכוּ וְחָלְתִי וְאִירָא כְּמוֹ רַחֲלִיתִי וְהִטְעַם כִּי כָל יָמֶיךָ תְּהִיָּה זְבָאֵךְ אֶרֶץ זֶבֶת הַשָּׁמֶן וְאַתָּה תְּהִיָּה כּוֹ מִוּבַל רַגְלֶיךָ *b. e. Interpretantur quoque nonnulli vocem דְּבָאֵךְ ac si esset זְבָאֵךְ cum permutatione † in ר, & sic quoque sunt ista loca יָמֵי נָזַעְכוּ pro ברעכו item וְחָלְתִי וְאִירָא pro רחלתי ita ut sensus sit, quod omnibus diebus tuis terra sit fluxura oleo, in quo pedes tuos intingas. Hoc autem originem suam e Chaldaicis repetere, unicuique vel ex primis rudimentis constare potest: In ista enim lingua harum literarum permutatio perquam usitata est, ut v. g. dicant רָחַב / רָחַב, pro Hebraeorum זָבַח, &c. Porro יָחַפֵּץ esse pro יָחַפֵּץ *rapide movit*, Hiob. XL, 12. omnes fere consentiunt, explicatque illud optime R. Sal. b. Melech וּפִירוּשׁוֹ בְּמַהֲרָת וּפִירוּשׁוֹ בְּמַהֲרָת: יָחַפֵּץ כְּמוֹ יָחַפֵּץ בְּזֵין עֵינֵי בְּמַהֲרָת וּפִירוּשׁוֹ בְּמַהֲרָת: זָבַח זָבַח כְּמוֹ אֶרֶץ יִנְעָהוּ בְּמַהֲרָת: *b. e. Vocabulum יָחַפֵּץ idem est ac יָחַפֵּץ cum ר, significatus, agitatio cum rapiditate, ejusque sensus est: candam suam, quae instar cedri magna est, agitatur cum celeritate. Huc referrem צֶדֶר fenestra, s. foramen illud, per quod Lux intravit in arcam, Gen. VI, 16, quod pro זָהָר positum esse admodum probabile videtur. Quod enim Cl. Albertus Schultens hoc ex Arabico**

In not. ad michl joph. fol. 42. col. 1.

Mich. Joph. fol. 204. col. 3.

In observat in Gen. p. 130. sq.



annexis. ej. A-  
nimadv. in Jo-  
bum.

bico **ד** *dorsum*, derivat, ut idem fit, ac tectum f. dor-  
sum arcæ, id præter omnem ꝑ necessitatem & quidem admo-  
dum coacte factum mihi & forsan aliis videtur. Sic pro **ד**  
sumitur **ס**, v. g. **סִרְסֵר** *destruxerunt*, pro **נרצו** Hiob. XXX,  
13. **יִשְׂעֵלֶס** *exultabit*, Hiob. XX, 18. conf. c. XXXIX, 13. (quod  
etiam imitatur Salomo Prov. VII, 18.) Præterea **ס** plural.  
masculini hic sæpe mutatum legitur in **ש**, ad morem Chaldæo-  
rum, v. g. **מִלִּין** *verba*, pro **וּמְלִים** Hiob. IV, 2. c. XII, 11.  
XV, 13. & *usque quo ponetis* **קִנְצֵי לְמַלְיוֹן** *fnes verbis*, ibid.  
c. XVIII, 2. (ubi in **קִנְצֵי** additum est **כ** loco dagefeh fortis, ite-  
rum ad morem Chaldæorum.) conf. c. XXVI, 4. XXXII, 11.  
14. XXXIII, 8. 32. XXXIV, 3. XXXV, 4. 16. XXXVIII, 2. quod  
non solum formam, sed & ipsum ortum ex Chald. **מַלְל** habet,  
hinc & occurrit, Gen. XXI, 6. Hiob. VIII, 2. c. XXXIII, 3. &c.  
quanquam perpauca sint, quæ in Davidis & Salomonis scri-  
pta irrepere, uti ex Concordantiarum inspectione patefcet.  
Sic & **חִיִּין** Hiob. XXIV, 22. & **אַחֲרִיִן** ibid. c. XXXI, 10.  
quibus & ultimi scriptores consentiunt, v. g. **חֲטִיִּין** Ez. IV, 9.  
**אֵין** Ezech. XXVI, 18. **עֵיִן** Mich. III, 12. **רָצִין** 1. Reg. XI, 13.  
**חֲיִיִן** ib. v. 33. **שִׁמְמִין** Thren I, 4. **חֲנִיִן** ib. c. IV, 3. **חֲיִיִן**  
Dan. XII, 13. Porro alternat **ו** pro **ו** v. g. **כִּי יֵרֵד הָרָר**  
**לְנַגְרִי** *nam descendit hæc via coram me*; vel uti LXX o-  
ptime quoad sensum expriment, **אֵסְעֵיָא הָ אֵסְעֵיָא הָ אֵסְעֵיָא**  
**עֵס** *ἐναίσλωμα* Num. XXII. 32. sensus est, ac si in profundum  
prorsus descenderit hoc facto uti alias phrasi **הַעֲמִיק** Es.  
XXXI, 6. Hof. IX, 9. &c. sæpius solet exprimi. Hiob quoque  
dicit: Et per impios **יֵרֵדוּ כְּמִטְוֵי** *ἐκπίψεμα*, (secundum LXX) c.  
XVI, 11. quæ cum **וֵרָר** descendit & **רָרָה** *arripuit* convenire  
manifestum est. Nec hic negligendum illud Gen. XXI, 16.  
**קָשְׁתִּי כְּמִטְוֵי** *sicut jaculantes arcu, à טוֹחַ*, quod mihi  
qui.

quidem pro פרוץ *projicere, propellere*, dictum videtur, si-  
quidem dubitari non potest, quin hæ litteræ in pronuncia-  
tione multum olim a se invicem distulerint. Hinc & LXX.  
interpretes notanter vertunt ὠσεὶ ῥέξεν βολήν & ferme pro-  
pius adhuc accedit Onkelos, qui reddit פרוץ בקשתו  
*prout jaculari (solemus) arcu* &c. Qualia ἀπαξ λεγόμενα hac  
ratione sat feliciter & tuto restitui in Lexicis poterunt, si ac-  
curatius ejusmodi dialecti observentur.

§. V.

Non minoris momenti est illa dialectus, vi cujus  
pro פ pronunciarunt פ. Conspicua est hæc in voce פרוץ *cru-*  
*delitas* &c. cujus ratio ex Ebraicis non suppetit, nisi conce-  
datur pro פרוץ, ejusque radicis & significatus esse. Legi-  
tur autem illud Exod. I, 13. ubi dicitur quod Ægyptii *servire*  
*fecerint Israelitas* פרוץ כפוף *cum violentia*, quod & repetitur ib.  
v. 14. it. Lev. XXV, 43. 46. & 53. Ex eodem quoque fonte  
deducendum פרוץ *velum*, quod pariter apud Moïsem tan-  
tum legitur in 24. locis, utie Concordantiis videre est, præ-  
ter locum 2. Par. III, 14. ob rationem sæpius dictam recur-  
rentem. *Originem* itaque tutissime, ni fallor, ex Aramaeo  
s. Syro-Chaldæo idiomate deducemus, in quo פרוץ (a quo  
sine dubio germanicum nostrum *brechen* descendit) pro  
פרוץ ufatisimum est: Ita enim Targum Thren. IV, 8. habet  
פרוץ כקיסוף *disrupta est (cutis) ut lignum*, idem  
Eccl. III, 3. פרוץ לפרוץ *ad diruendum*  
*edificium* &c. ex quo loco haud inepte quis concluderet, quod  
פרוץ dicatur pro פרוץ, nec admodum sim repugnaturus,  
si quis hanc permutationem maluerit: Interim tamen prius  
magis arridet, quoniam permutatio פ & פ felicius demon-  
strari potest, ex identitate organi. Apud Syros idem sæpis-  
sime occurrit, e. g. hæc verba, ψάχοντες τὰς χερσὶν, Luc.  
XVI, 1, accuratè exprimit Syrus vertendo, פרוץ & dis-

In comm. Exod. I, 13

*rumpentes vel comminuentes fuerunt manibus suis, & in sexcentis aliis. Nobiscum certe sentit R. Aben-Esra, dum scribit de voce פָּרַךְ והוא כִּיכְרֵי הַמְּתַרְגֵּם אֲרַמִּית: פָּרַךְ Et hoc sicut Chaldaei interpretis verba Chaldaicum (Syriacum) est. Inde quoque est, quod Ezechiel c. XXXIV, 4. dicat בִּפְרָךְ. Sensus itaque hujus vocis & phrasæ talis erit, quod imperare non liceat cum disruptione & fractione &c. uti hoc mihi quidem*

Exod. I. 13.

affectus videtur R. Salomo Jarchi, qui in commentario eleganter hoc παραφράζει, בעבודה קשה המפרכת ומשברת, אֵת הַנּוֹף: i. e. cum servitute dura, disruptente & diffringente corpus; vel uti alii Judæorum Doctores volunt, שְׂתוּחָא נִפְרָכָא ut ruptura fiat in ungue (dass die Nägel zerblazzen,)

Conf. R. Sal. b. Melech in Michl. J. fol. 16. col. 3.

§. VI.

Porro in tertia pers. sing. præteritorum notatu digna hujus ætatis est dialectus, dum pro הָאֵת fem. dixerunt הָאֵת e. g. הַבְּאֵת adducta est (benedictio) Gen. XXIII, 11. pro הַבְּאֵת.

Thef. gram. p. 238.

Sic הַבְּאֵת & peccavit populus tuus, Exod. V, 16. Novi quod alii, imprimisque doctissimus Jo. Buxtorffius R. Aben-Esram & Kimchium hic refutent, & nomen in statu constructo esse contendant, ita ut hæc esset verborum nostrorum interpretatio: Et peccatum populi tui (est.) Sed dum hoc asserit Doctissimus cæteroquin Vir, dupliciter contra Grammaticam peccat: Si enim nomen esset, 1) in הָאֵת dagesch fort. cum præcedente - adesse deberet, hoc modo, הַבְּאֵת vel saltem הָאֵת requireret -: h. m. | הַבְּאֵת quæ tamen forma rarior est; 2) si status constructus esset, הָאֵת punctatum esse deberet cum-h. m. הַבְּאֵת. Hoc accuratissime observat R. Sal. Jarchi, qui scribit de hac voce: אֵילוּ תִּיהֵא נִקְרָא פִּתְחָא חֵייתִי אֹמֵר שְׂוִיאָא וְגַר h. e. si esset punctatum per patach, dicerem, quod sit in statu constructo &c. quanquam in reliquis ipsum non probamus. Quod autem objicitur, hæc ratione scæmininum cum nomine עַם masc. construi, huic ipsis R. Dav. Kimehii satisfacio verbis, quæ hujus sunt tenoris: נֹאמַר כִּי הוּא כִּמְרַ הַבְּאֵת

in Comment in h. l.

אֵילוּ תִּיהֵא נִקְרָא פִּתְחָא חֵייתִי אֹמֵר שְׂוִיאָא וְגַר h. e. si esset punctatum per patach, dicerem, quod sit in statu constructo &c. quanquam in reliquis ipsum non probamus. Quod autem objicitur, hæc ratione scæmininum cum nomine עַם masc. construi, huic ipsis R. Dav. Kimehii satisfacio verbis, quæ hujus sunt tenoris: נֹאמַר כִּי הוּא כִּמְרַ הַבְּאֵת

Vid. R. Sal. b. Mel. in M. J. fol. 17. col. 1.



**וְחִטָּה** כחלוף **הָא** הנקבה כתיב והרפות האלה וכן  
 ממשקל **וְעִשָּׂת** את התבואה וכן עם בלשון נקבה כמו  
 (**וְחִטָּת**) i. e. dicamus, quod hoc מרוע שובכה העם הזה וכן  
 idem sit ac **וְחִטָּה** cum permutatione הִי feminini in תִּי &  
 quiete אָ וְנִי venique ad formam hujus loci (Lev. XXV, 21.)  
**וְעִשָּׂת** & faciet proventum; Construitur auem vox עם (po-  
 pulus) cum feminino, ad modum hujus loci (Jer. VIII, 5.)  
**עִשָּׂת** & faciet, Lev. XXV, 21. **וְהִרְצִיתָ** & expiare faciet, Lev.  
 XXXVI, 34. **וְקָרָאתָ** & obvenerit vobis (malum) Deut. XXXI,  
 29. **וְנִזְלָתָ** abierit Deut. XXXII, 36. Originem atque cau-  
 sam hujus rei & linguis, Chaldaica, Syriaca vel etiam Ara-  
 bica, explicandam esse, quilibet harum peritus videt: Solent  
 enim ex Arabes hic suum **ق** adhibere, v. g. **نَصْرَق** ad-  
 juvit (foemina,) **قَمِيْت** projecit &c. quod & apud Syros  
 obtinet, v. g. **دَلِيْل** peperit, **دَلِيْل** consolata est, **دَلِيْل**  
 manifestata est &c. atque pari ratione res sese habet cum  
 Chaldaeis, qui dicunt **מַחַת** percussit (Dan. II, 34) **עִרְתָּ** trans-  
 fuerat (Dan. III, 27.) **בְּסִלְתָּ** cessavit **הִרְתָּ** fuit (Esr. IV, 24.)  
 &c. Ex quibus admodum probabile fit, quod ex conversatio-  
 ne cum gentibus, quibus haec in usu fuerunt, talia in He-  
 braum idioma irrepererint, & in dialectos deinde abierint.  
 Id quod ulterius confirmatur ex Ezechielis & Jeremiae scriptis,  
 quibus hoc non ignotum est, c. g. **הִלָּאתָ** defatigat, Ez.  
 XXIV, 12.) **וְשָׁבְתָ** & revertatur (sc. מתנה donum) c. XLVI,  
 17. **הַגְּלָתָ** captiva ducta est, bis occurrit Jer. XIII, 19. Inter-  
 rim diffitendum non est, quod scrupulum hic faciat illud,  
 Jer. VII, 14. **וְקָרָאתָ** & vocabit nomen ipsius Imanuel: quod  
 tamen

in Comm.  
in h. l.

tamen facile tollitur, vel asserendo, quod Jesaias ultima tem-  
 pora attigerit, quibus Chaldæi cristas contra Judæos erige-  
 bant, quodque istos imitatus fuerit, uti in aliis, ita & in hoc.  
 Vel dicendum, quod ex stylo Mosis ipsi hoc inhæserit: Hoc  
 enim improbable non est, cum deprehendamus, quod &  
 modum proponendi vaticinia a Mose mutuetur, v. g. Cap. I.  
 Esaiæ accuratissime imitatur Canticum Mosis Devt. XXXII.  
 quod jam dudum observarunt antiquiores Judæi in *Siphri*,  
 itemque Doctissimus R. *Isaac Abarbanel*, qui hoc perquam  
 prolixè demonstrat. Quidni idem in vocibus accidere po-  
 tuit? Verum prima ratio huic dubio satisfacit, si vel maxime  
 alteram omitteremus.

In comm. Jes.  
 f. 5. c. 1. ed.  
 Amstel.

§. VII.

Quoad *vocales & literas simul* notanda venit forma  
 dialectica, in præterit. secund. plurali masc. dum pro דם dix-  
 erunt licet rarior sit, v. g. ad Mosen & Aaronem dicunt Israe-  
 litæ: *cur העליתנו ascendere fecistis nos &c.* Num. XX, 5. quod &  
 repetunt c. XXI, 5. Cumque hic vix suffecerit, cum R. Ab. Esra di-  
 xisse, quod sit מלה זרה *s. vox anomalica*, vel cum R. D. Kimchio,  
 שגם הוא סי הרבים *quod etiam istud nemp̄cum Kübbuz sit no-*  
*ta pluralis*, hinc ejus origo paulo altius erit repetenda, quæ  
 manifeste iterum deprehenditur in lingua Chaldæo-Syra, in  
 qua hæc ordinaria & regularis forma z. perf. plur. est v. g.  
 פקדתון, אסקתון, ut & (פלטון) &c. In-  
 de etiam accidit, ut Zacharias, e Chaldæa redux factus,  
 huic dialecto asserit, dum dicit צמתני *jejunastis mihi* c. VII,  
 5. Ad hanc classẽ non incommode referri posset עורל *Jobi*  
 עורל *infans*, (quod enim R. *Levi ben Gerson* in comm. in  
 h. l. existimat idem esse, ac אנשי עורל וחמס, *viri iniquitatis*  
 & injuriæ, id contextus statim refellit) v. g. *etiam עורלים*  
*infantes spernunt me*, Hiob. XIX, 18. *dimitunt ceu gregem*  
*infantes suos*, c. XXI, 11. Nec excluderem istum lo-  
 cum Jobi c. XVI, 11. ubi ad unum fere omnes *iniquum* hanc vo-  
 cem denotare autumant; Verum ad analogiam nostram re-  
 du-

ducta non incommodum hunc parit sensum, : *Conclusit me* (tradidit me) *Deus* אֱלֹהֵי עֵינִי *infantulo*, quo sermone Hiob purgavit Eliphaz, amicum suum, qui in preced. cap. XV, 10. iactat, quod etiam Senex & canus, imo senior patre ipsius hic addit, (sine dubio se ipsum intenderat). Hinc respondet ipsi Hiob in specie, quod quasi infans sit & insipide loquatur. *Originem* autem quod concernit, illa ex Arabismo hic derivanda venit, quod nobiscum asserit Buxtorfius istudque loco quodam lex Bereschit rabba desumpto probat in Lexico; Notum enim est, quod *عَل* Arabibus idem sit, ac *familiam sustentare*, ex quo deinde facile hic significatus deduci potest.

V. Castelli Lexic. Hept. col. 2698. sq.

S. VIII.

Ad integras Voces nunc quoque accedendum est, atque videndum, quemnam significatum dialectus hujus avi ipsis imposuerit. Vocabulum לָלוּן quod alias pernoctare denotat, hac ætate *murmurationis* notionem induit, v.g. וַיִּלְלוּ & *murmuravit* *populus contra Moysen*, Exod. XV, 24. conf. c. XVI, 2. 7. 8. c. XVII, 3. Num. XIV, 2. 27. 29. 36. c. XVI, II. c. XVII, 6. 20. Jos. IX, 18. Sic & nomen תְּלוּנָה in hoc significato venit octies, tantum apud Moysen, uti in Concordantiis videre est. Specialem porro significatum habent כְּתֵר *expectare*, licet alias *coronare*, *cingere* denotet; ut כְּתֵר *expecta me paulisper*, Hiob, XXXVI, 2. פְּרוּרִים hic *resticulos* denotat. v.g. Hiob, XL, 17. Hæc autem Chaldaïs suum *ortum* debere, dubitari non potest, quibus כְּתֵר *expecta-* re significat : Hinc & R. S. *ben Melech* hoc nobiscum asserit, & simul ex Targum probat h. m. עֵינֵינוּ לְפִי מִקְדָּמוֹ דְּמִתָּן לִי מֵעַט וְרוֹם עֵרָן שְׂאֵחָךְ וַיּוֹנֵתָן תְּרַגְּמָם וּלְתוֹרַתוֹ אֵימָם : וַיַּחֲלוּ וְכִתְרוֹן : i. e. *significatus ejus secundum locum suum est* (sc. tantum semel hoc in loco occurrit, & ex contextu judicandus est significatus) *talis* : *Expecta me paulisper*, & *tace* (donec indicavero tibi; Jonathan enim hæc verba (Jes. 42. 4.) & *legem ipsius insule* יִחְלוּ *transfudit* וְכִתְרוֹן *expectabunt*. Pari ratione פְּרוּרִין Chaldaï pro *resticulis* adhibent, uti & Onkelos

In M. J. F. 203. c. 2.

kelos Lev. XXI, 20. vertit מרים פורין *atritus testiculis* &c. quæ & dudum ab aliis observata sunt.

S. IX.

Nec incommodum erit, huc referre ea, quæ origine prorsus aliarum sunt linguarum v. g. Chaldaeo-Syræ, vel Arabicæ, ad morem tamen & formam Hebræorum sunt inflexa, ita ut civitate quasi Hebraica donata videri queant, E. g. שָׁגַר *emisio s. fetus jumenti*, Exod. XIII, 12. שָׁגַר Devt. VII, 13, quod ter repetitur c. XXVIII, 4. 18. 51. *Origine* hoc Chaldaicum est, ubi שָׁגַר *mittere* &c. significat, illudque Moses ex dialecto horum temporum, assumpsit, & adhibuit ut Hebræum פֶּטֶר tam quoad formam quam significatum. Sic עֵרִיסוֹת *massæ*, extat bis, Num. XV, 20. & 21. quod a Chald. עֵרִיס *miscere* sine dubio derivatum est; Hinc quoque adhibetur ab Ezechiele, c. XLIV, 30. & Nehemia, c. X, 38. Quid Moses velit, quando de tribu Dan prædicit: יִזְבֵּק *de Basan*, Devt. XXXIII, 22. clare ex Chald. patet, ubi זִבְקָא *profluere, effluxum sugere* &c. denotat. Hinc etiam nostrum eleganter prorsus *ωαπαφωδίζης* Onkelos: אֲרַעִיָה שְׁתִּיָא מִן כְּחֵלֵיָהּ *h. e. Terra ipsius humores bibit s. fugit ex fluviis, qui prodeunt ex Madnan*, quod ulterius explicat & confirmat *Raschi* in comm. in h. l. Quibus accedit & Syrus, vertens, גִּבְגָּ, *qui fugit*, & Vulgatus, reddens, *fluet largiter*, hoc innuit. Porro hac atate obtinuit חֲרָטְמוֹן *magi*, Gen. XLI, 8. 24. Exod. VII, 11. 22. c. VIII. 3. 14. 15. & bis c. IX, 11. Ex Chaldaic. compositam esse hanc vocem, admodum probabile est, uti & nonnulli Judæorum, quos R. *Jacob Abendana* allegat, sentiunt, שְׁמוֹ שֶׁ מוֹרְכָב בְּלִשׁוֹן, אֲרָמֵי הַר טִימֵר"ל הַנְּחָרִים בְּעֶצְמוֹת שְׂדֵי עוֹשִׂים כְּשׂוֹפְהֵם בְּאֶמְצַעוֹת עֶצְמוֹת הַמֵּתִים *i. e. quod sit vox composita in lingua Aramea h. m. חֲרָ טִימֵר h. e. introspectantes ossa, quoniam isti fecerunt suas prestigias ope ossum mortuorum.* Equidem hanc etymologiam non prorsus rejicerem cum hoc genus præfigia-

frigiarum quondam non infrequens fuerit, quod & deprehendisse Christianos Alexandriae in loci cujusdam repurgatione, in quolmyſteria paganorum olim celebrata fuerunt, Socrates refert in Historia Tripart. L. VI, c. 8. & alii paſſim; quoniam tamen vox שׂוּמִי obscura ſatis eſt, malleſſe compoſitionem derivare ex Chald. חַרְרִי & שׂוּמִי, h. e. *inſpiciens occultum, oclcluſum*, quod hiſce præſtigiatoribus optime competit, & ſimul grammaticæ punctum Kùbbuz melius deducitur. Hinc ratio patebit, cur toties circa ultimam epocham occurrat, v. g. in Hebraicis & Chaldaicis, Dan. I, 20. c. II, 2. & 7. 27. c. IV, 4. & 6. c. V, 11. Noſtram ſententiam confirmat R. *Ab. ben Eſra*, ita de hac voce conjectans: *Forraſſe eſt* לשׁוֹן כְּשֵׁרִי כִי לֹא (hoc probabilius) *lingue Aegyptiacæ aut* (hoc probabilius) *est lingue Chaldaica, quoniam non invenimus iſtam in tora ſcriptura, niſi tantum in verbis horum duorum* (ſc. ubi de Aegyptiis vel Chaldaeis ſermo eſt.) Nonnihil hic lucis quoque accipere poſſet vox שׂוּמִי *frontalia*, quæ ter occurrit apud Moſen, np. Exod. XIII, 16. Deut. VI, 8. & C. XI, 18. & commode a Chald. חַרְרִי *proſpicere* derivatur, ut ſint quaſi *reſpectoria*, ad quæ ſapius reſpici debeat: conferri meretur Doctiſſimus *Buxtorf* p. 866. 870. *ſus* in *Lex Chald. Talm.* Nec negligendum hic eſt, quod עָרַף *abundavit*, tantum apud Moſen occurrat, & ſine dubio ex Chaldaïſmo, in quo עָרַף *excellere, abundare*, denotat, ipſi inhæſerit, e. g. חַרְרִי Exod. XVI, 23. & ter c. XXVI, 12. 13. conf. Lev. XXV, 27. Num. III, 46. 48. 49. & חַרְרִי, Exod. XVI, 18. Huc pertinent עָרַף *litigavit*, quod ex Chald. עֶסֶק ejusdem ſignificatus eſt, ejuſq; veſtigia extant, Gen. XXVI, v. 20. ubi Iſaac fontem quendam vocavit עֶשֶׂק *qui litigaverunt cum eo*, ut & זָבַר *donavit*, quod tam e Chald. זָבַר quam Syriaco זָבַר eſſe poteſt, ejuſque rudera deprehenduntur, Gen. XXX, 20. ubi Lea dixiſſe narratur, זָבַרְנִי *donavit me Deus זָבַר dono bono* &c. Gratioſum illum panem Manna hac ætate nomen ſuum ex Chald. מִן *quis, quid*, vel (quod idem eſt) Syriaco מִן *hausiſſe*, Moſes non obſcure indicat, Exod. XVI, 15.

Antiqu. III, 1.

P. I. L. IV, c.  
1. p. 89. c. 2.

Nam alterum alter interrogabat, **מון הווא** *quid hoc?* quoniam ignorabant quid hoc esset: Nostram sententiam aperte confirmat *Josephus* scribens: **ἰδὲ γὰρ μὲν ἐπερωτήσας καὶ ἀπὸ τῶν ἡμῶν ἔσταν** *διαλέκτων, ἢ τῶν ἑστων, ἀναμύνησα*; Itemque ex recentioribus Cl. *Henricus Mascampius*, Profess. Duisburg. in *Institutionibus Historicis*, quæ prodierunt Amstel. 4. a. 1711. licet originem ejus ex Egypto repetat. Extant alias & hac de re, *Salmastii* & *Bocharti* dissertationes. Sic **בַּהַק** *viriligo*, Lev. XIII, 39. & **קַעֲקַע** *stigma*, Lev. XIX, 28. e chald. irrepsisse patet, si perpenderit, **בַּהַק** ibi significare *lucidum esse*, & **בַּהַקָּא** *postulam lucidam* &c. **קַעֲקַע** *incidere, insculpere* &c. Præterea illud **לְהַתְגַּרְךָ** *ad scabendum se* &c. Hiob. II, 8. ex chald. **גַּרְךָ** ejusdem notio- nis, item **וְשִׁדְדִי** & *testis meus*, Hiob. XVI, 19. (cujus abstractum **שִׁדְדוּתָא** *testimonium* & *Laban* Gen. XXXI, 47. protulerat, de quo infra plura) aperte ex Chald. **סַהַר** vel Syro- rum **סַהַר** est. **תְּעַרְקִים** *fugientes*, Hiob. XXX, 3. & **עַרְקִי** vulgo, *nervi mei*, ib. v. 17. e chald. **עַרְק**, licet posterius etiam ex Arabico esse possit, notante *Aben-Esra* in h. l. Addantur **כַּפַּיִם** *petra*, Hiob. XXX, 6. (& *Jer. IV, 29.*) **וְיִהְיֶה** & *abominabilem reddidit ipsi*, Hiob. XXXIII, 20. **עָרֹר** *sera* Hiob. XXXIX, 5. **תִּרְוֶץ** *exultat*, Job. XLI, 14. quæ omnia Chaldaicæ originis sunt. Plura unusquisque nunc proprio Marte colligere potest.

§. X.

Nonnullis quoque dialectis occasionem præbuisse Arabicum vel saltem tunc temporis mixtum idioma, sequentia testantur. **צָבָה** *intumescere, essatum esse*, tantum in *Mose* & quidem ter reperitur, Num. V, 21, 22. & 27. quod apud Arabes perusitatum est, **صَبَا** *flavit*, (ab ortu.) **הַסִּכָּת** vulgo *attende*, Deut. XXVII, 9. quod *Moses* ex consuetudine cum peregrinis hausisse videtur: Siquidem Arabibus **سَكَنَ** *siluit, tacuit*, familiare est, (a quo & sine dubio Græc. **σικνῆ** paulo immutatum descendit.) Hinc sensus hujus loci erit: *Tace & audi Israel* &c. uti accuratissime hoc assecuti sunt LXX, vertendo: **σιώπη καὶ ἀκὴσ ἰσραήλ**; quod ita quoque

que reddit S. Hieronymus in Epistola, quam scripsit ad Rusticum Monachum de vivendi forma opp. Tom. I. quanquam vulgata versio hic discedat. Multum proinde aberrat R. *Jona*, Grammaticus ille inter primos celebris, qui explicat illud in significatu acceptationis, adduxitque hoc in negotio probationis loco illud (Amos. 5. 26.) סכות מלככם כלומר סכות מלככם קיכול עבודת מלככם siccuth malcechem, quo voluerit dicere susceptionem cultus regis (Molochi) vestri, referente R. *Jacob Abendana*, in Notis ad Mich. J. R. S. b. Melech. Vorem נא Exod. XII, 9. Cl. *Wasmuthus* cum quibusdam Judæis Aben-Esra & Jarchi, derivat ex Arab. نبا crudus fuit ut sensus sit, ne comedatis ex agno paschali crudo. Nec desunt qui subcrudam intelligi carnem putant, quam prohiberi prolixius demonstrat, R. *Moses ben Maimon* in tract. de sacrificio paschali, (cujus quoque confirmationem adducit e Talm. tr. pefach, f. 41. ejus interpres *Ludov. de Compiègne de Veil*, in notis,) qui prodiit Londini, A. 1683. Licet autem paulo durior hæc videatur interpretatio, nollem tamen facile ab ea discedere, cum LXX. interpretes, vertentes, αμὸν, & Onkelos, reddens כר חר aperte confirment, istum significatum illorum ætate huic voci tributam esse, ut taceam, hoc modo accentibus ibi extantibus melius suum valorem tribui. Crudas autem carnes comedere quondam non infrequens fuisse, docet vel solum *Diogenis*, Cynici istius Philosophi, exemplum, qui ista affectatione temperantiæ edit, αλλ' εδιωκσε, sed non concoquere potuit, injuriam stomacho faciens, referente *Laertio* Segm. 34. & *Arbenæo* Lib. VIII. Quales νεωφάγος & Herodotus passim recenset, & adhuc inter barbaras nationes extare peregrinorum relationes confirmant. Porro מבויל velitis s. palus, Job. XI, 18. ad Arabizantes dialectos pertinet, a طيل extendit, prolongavit. Plura alia v. g. כביר robustus, quod sæpissime apud Jobum occurrit, עשיותי sternutationes ipsius &c. ex Arab. كبر s. fuit magnus, potens, & كبس sternutare, deducenda esse, ostendunt passim viri eruditi, ut *Brian. Waltonus*, Anglus, in Appar. bibl. Polygl. *Eduardus Pocockius*, celebris ille Oxoniensium Professor, in notis ad specim. hist. Arab. item in

fol. 39. c. 4.  
in fine.  
In parænes. ad  
Gr. Arab. sub  
inir.

c. VIII.

Tom. I, Prol.  
XIV, §. 7. p. 94.

porta Mosis, & alibi passim, Jo. Henr. Hottingerus, Heidelbergensis Professor perdoctus, in Thesauro philologico, It. in Smeqmate orientali alibique passim, quibus addendus ex recentioribus *Albert. Schultens*, cujus animadversiones in Jobum, iisdemque annexæ observationes in Genesin, Ultrajecti A. 1708. prodierunt, ut taceam ea, quæ olim *Bochartus* in Geograph. Sacr. & Hieroz, itemque laboriosissimus *Castellus* in Lexico heptaglotto subinde observarunt. Verum & hoc distendum non est, quod nonnulla viri docti, tam in Mosis quam Jobi scriptis, ex Arabismo præter necessitatem deducant, uti hoc supra §. 4. exemplo ex Cl. Schultens allato demonstravimus. Cavendum proinde erit, ne dialectum fingamus, nisi adsit summa necessitas, quoniam hic in errorem prolabi facile erit, si ex rivulo non autem ex ipso fonte quid haurire audeamus, quod peccatum laudati Autores subinde peccant.

§. XI.

Speciminis loco formulam s. phrasin dialecticam nunc notamus, quæ nobis quidem sese obtulit. Vignisse hac ætate videtur formula זבת חלב ודבש, *fluens lacte & melle*, qua fertilem atque cultam terram Moses frequentissime describit, v. g. Exod. III, 8. 17. c. XIII, 5. c. XXXIII, 3. Lev. XX, 24. Num. XIII, 27. c. XIV, 8. c. XVI, 13. 14. Deut. VI, 3. c. XI, 9. XXVI, 9. 15. XXVII, 3. XXXI, 20. Jos. V, 6. Nec profusus hoc ignorant scriptores ultimæ ætatis v. g. Jeremias, c. XI, 5. c. XXXII, 22. & Ezechiel, c. XX, 6. quanquam potius promissiones de terra benedicta ex Mose recitent, quam propriis verbis enuncient. Taceo, quæ de phrasi בָּרַךְ אֱלֹהִים, *Deo valedicere* &c. Jobo familiari dici possent; & plura forsitan alia fuerunt, quæ Veneranda illa antiquitas propriis suis formulis designavit, licet nunc ob brevitatem monumentorum apodictice demonstrari non queant.

§. XII.

Quidam autem utilitatis hætenus enarrata habent, paucis nunc secundum methodum nostram declarabimus. Et quidem primo ipsa lingua Hebraica ejusque historia multum exinde suppletur. Illustris hic occurrit quaestio



stio, num lingua Hebraea obtinuerit in regionibus Canaenorum, proximisque tractatibus? Ad quam a nonnullis erga Ebraeum sermonem nimis superstitiosis respondetur, quod alienum vel saltem dissimillimum habuerint, cum probabile non sit, sanctam hanc linguam impuris istis gentibus concessam fuisse. Sed contrarium dudum a Viris doctis probatum & defensum est, a Scaligero, Vossio, Grotio, Breerworte, Lud. Capello, Petito, Postello, Genebrardo, Seldeno, Bocharto, & aliis: Ex instituto autem excussum & demonstratum est a Brian. Waltono, in Appar. Bibl. Polyglotton, & Cl. Campegio Virringa, in observationibus sacris, ut taceam, quae Aben-Esra de lingua Canaan in Esaiam commentatur & passim annotat Buxtorffius in dissertat. tribus prioribus, quae extant inter dissert. ej. Philologico-Theologicas. Potiora istorum argumenta desumuntur 1) ex harum gentium nominibus propriis in scriptura occurrentibus, 2) ex conversatione Hebraeorum cum iis, absque interprete, & 3) ex reliquiis sermonis Punici, quas Plauti Poenulus alique Autores profani suppeditant. Hic autem ante omnia tempora erunt distinguenda, cum negari non possit, quod successu temporis idioma harum regionum mirum quantum! deflexerit a sua puritate, uti in omnibus aliis linguis hoc accidit; Valebit itaque hoc assertum tantum de primis istis temporibus, circa quae hic versamur. Egregie hoc confirmant haecenus a nobis dicta, ex quibus manifestum est, viguisse tunc temporis in hisce regionibus dicendi quoddam genus Hebraeo non dissimile, ita ut facile ab Israelitis intelligi potuerit, nonnihil tamen inflexum ad Chaldaismum &c. ex quo postea, majori temporis spatio interjecto, ortus est Chaldaismus, Arabismus &c. uti hodie extant. Testantur hoc, inquam, dialecti, quae in Mosis & Jobi scriptis occurrunt, atque tutissime ex communi vulgi sermone irrepsisse statuuntur. Verum contra hoc assertum speciose objici posse sentio, quod jam tum Chaldaica lingua maxime ab Hebraea distulerit, hocque manifestum esse ex loquela Lahannis, Gen. XXXI, 47. qui לְעֵרָא (cumulam testimonii) apella-

Tom. I. Prok.  
III. s. 13-20. p.  
17. sq.  
Lib. I. diff. I.  
Cap. I. & 2.

In observ. sacr.  
L. I. diff. I. c.  
V. tot. §. 3. 6.

vit sua vernacula יַגֵּר שְׂדֵרוֹתָא, quæ miram differentiam Hebræos inter & Chaldaeos jam tum factam indicent. Huic dubio ut satisfaciatur Doctissimus *Viringa*, dicit, talia postea a piis Criticis Hebræorum addita esse secundum stylum sui ævi. Verum ut taceam iniquum hoc facinus, quod sic stylum in alio autore corrigere & ad sua tempora accommodare ausi essent, (hoc enim vel in profanis ne dicam divinis illicitum) hac ratione 1) Mosen falsam scribere in hoc contextu concedendum esset: Nam expresse dicit, quod Jacob illum cumulum vocarit גַּלְעָר, Laban autem יַגֵּר שְׂדֵרוֹתָא, cum tamen vi hypotheseos alia verba, antea apud Mosen extantia Laban adhibuerit. 2) scire vellem, an hi Critici etiam illud Jobi, c. XVI, 9. וְשִׂהֲרִי & *testis meus in altis est*, substituerint. Ex quibus colligendum, quod omnino ista tunc temporis jam extiterint. Nec ipsum juvat, quod Moses ibid. v. 49. referat, Labbanem addidisse וְהִמְצִיפָה & *hæc specula* &c. quod egregie cum Hebræo conveniat: Nam hæc ἀσύστατα non sunt, ut Laban non potuerit ambo hæc verba adhibere, sed inde potius patet, stylum tunc temporis adhuc magis Ebræum fuisse, licet pro diversitate locorum & temporum magis magisque corrumperetur. Hinc lubens concedo, ista Chaldaica, ita ut hodie leguntur, obtinuisse & adhibita esse a Labane, siquidem quamplurima supra indicavimus, quæ eundem Chaldaismum manifeste sapiunt: Interim tamen hæc facile ab Ebræis intelligi potuerunt, partim quod plurima Ebraica pura adhuc retinuerint, partim etiam ex Hebræo semine multa desumpta essent, vel tandem ob frequens commercium & consuetudinem. Cæterum ista si observentur, multæ difficultates in stylo istorum temporum solventur.

§. XIII.

*Secunda* utilitas in specie ad Grammaticam & Lexicon spectat, quæ ex hæctenus prolatis majori luce facilitateque instruuntur. Hac enim ratione innumera dubia tolluntur

tur, totque exceptiones ineptæ ad certam causam reducuntur, ut tanta memoriæ carnicina hic vix opus sit. Exempla, ut **תָּא**, **הַכָּחַת**, **וְאִבְנָה**, **חֲעֲלִיתָנִי**, &c. in precedentibus quamplurima evolvimus, quæ proinde hic repetere supervacaneum esset. Sic & significatum vocum in Lexicis accuratius constitui posse, evincunt, ut puto, §s. 8. 9. 10. &c. *Tertio* autoritatem punctorum vocalium ex dictis tueri atque defendere licebit, contra hostes veritatis Ebraicæ, qui masoretharum atque curiosorum Rabbiorum inventum hæc esse, audacter propugnant. Novi, quod sæpius repertunt effugium *Waltonus* ejusque socii, *non punctasse Masorethas biblia pro arbitrio, sed secundum lectionem & pronunciationem, quam a majoribus habuerunt, quamque a sacris scriptoribus primo traditam crediderunt.* At perpendant isti boni Viri, 1) quomodo memoriæ horum masoretharum hoc possibile fuerit, ut in loco convenienti scriberent **שָׁבַע** **תָּא**, &c. & non potius usatissimam punctationem sequerentur, & quod maxime notandum, illo tempore, quo Ebraicæ linguæ usus cessaverat, Judæique dispersi improbo labore illam addiscerent: ut plurimum enim ad quintum vel sextum seculum post Christ. nat. Masorethas eorumque punctationem referunt, quanquam tota ista Tiberiensium Masoretharum historia incerta sit, cum ex Judæis solus Elias Levita, Germanus ille Grammaticus recentior, istam diserte propugnare ausus sit, in antiqua autem historia ægre reperias quicquam de flore hujus academix, si pauca illa Hieronymi & Epiphanii testimonia excipias, quæ tamen ultra quartum seculum nil probant, multo minus inventionem punctorum asserunt, uti hæc fusissime probavit *Doctissimus Jo. Buxtorffius* in Tiberiadis parte præcipue prima, & ulterius vindicavit contra Lud. Capellum eruditus ejus filius *Jo. Buxtorffius* in tr. de punctorum vocalium origine, Part. II, c. 11. sqq. 2) Posito (non concessio) punctationem hanc ex traditione illis innotuisse, num adeo superstitio-

App. bibl. Polygl. Tom. I. Prol. III, s. 53. p. 29. & passim.

tiose in quibusdam tantum locis punctassent, & non in pluribus? vel annon potius tot mille exemplis in contrarium convicti, regularem punctationem in paucis hisce secuti essent? Multo certius itaque horum punctorum origo a divina inspiratione & directione derivabitur, sive ad ipsos Autores sacrorum librorum, sive ad alium quemcunque virum θεόπνευστον recurratur, quod hic demonstrasse sufficiat.

§. XIV.

*Quarto* tandem historiam & librum Hiobi ex dictis illustrari posse, hac data occasione demonstrasse non pigebit. An unquam extiterit in rerum natura Jobus, immerito in dubium vocatur a nonnullis Talmudistis asserentibus, quod *Jobus non fuerit, neque creatus sit*, אלה למשל היה, sed quod loco parabole sit, referente R. Jac. Abendana in fine commentarii in h. l. quos deinde Maimonides celebris ille Ægyptius Doctor, nimium Philosophiæ & Theologiæ mysticæ indulgens, in More Nevochim, itemque R. Schem Tob, in commentario in Jobum, sequuntur; a quibus tamen Judæorum plurimi discedunt, nominatimque R. *Aben-Esra* qui contrarium evidenter satis evincit in comment. in h. l. ut mirum sit, ex Christianis *Petr. Dan. Huening* alteri sententiæ ad stipulari potuisse. Calumnias autem Bellarmini aliorumque, ac si B. Lutherus Jobi librum cum Virgilio Æneidæ ac Terentii fabulis comparasset, diligenter satis diluit D. Goezius, Sup. Lubec. in suis Meletematibus Annæbergenfis. Exerc. VIII. Igitur extitisse illum, & quidem circa *ætatem* Mosis vel probabiliter ante ipsum Mosen, nunc conflare potest: Nam licet alia non desint argumenta, v. g. nomina propria ex Esavi familia, gravis senectus Jobi &c. non infimæ tamen probabilitatis est illud, quod ex hujus libri sermone desumitur. Proinde multum falluntur Spanhemius, qui ad Salomonis ævum, & Clericus, qui ad captivitatem Babylo- nicam istum refert, quod e Talmudistis in Bava bathra jam

De orig. Fab.  
Rom. p. 25.

jam olim somniavit R. Jochanan : Multoque rectius ejus Chronologiam dederunt Elmacinus, Autor libri Juchasin, Seder olam, & alii, quos diligenter satis congesit *Hottinger* in Smegmate orientali &c. itemque in Thesauro philologico. *Autorem* porro hujus libri quod concernit, non defuerunt ex antiquioribus, qui ipsum Jobum hic assignent, inter quos Origenes & Gregorius Magnus eminent. Verum cum hoc absque fundamento statuatur, multo certius constans Judæorum traditio retinetur, **שמואל כתב איוב**, quod *Moses Jobum scripserit*, quam & recenset & approbat *Hieronymus* in Commentario in Jobum, (si secus hujus commentarii autor est, quem ipsi abjudicat Andr. Rivetus, & Bedæ, Presbyteri Angli, esse, conjicit, in Critico Sacro, L. IV, c. V.) Atque hoc summam probabilitatem consequitur, si modo ea conferantur, quæ in præcedentibus passim de dialectis hujus libri disseruimus. Verum sentio, hic clamitari, stylum Jobi prorsus diversum esse a Mosis idiomate, plusque obscuritatis & difficultatis continere; sed velim in mentem revocari, quod constet ex meris ferme dialogis Jobi ejusque amicorum, qui in locis multum distitis habitavere, atque proinde duriores dialectos addiderunt, & quod gravissimum, in disputando nimium acumen sectantur: Si autem duo priora capita, & ultimum percurramus, in quibus historia a sacro scriptore consignata extat, alium stylum, Mosaico non dissimilem, deprehendimus. Idem nobiscum nuperrime defendit Doctissimus *Mascampius* in Institut. Historicis, ut taceam olim Hueticio dicta, in demonstr. Evangelica. Denique de ipso *stilo* hujus libri accuratius nunc formari potest judicium. Multi, inter quos ex antiquioribus *Gregorius Magnus*, & recentioribus *Bellarminus*, *Spanhemius*, *Hottingerus* & alii, hunc librum arabico idiomate quondam conscriptum fuisse volunt, hinc cum nimis adhuc *ἀγαβίτζου*, quod egregie refutat *Cel. D. Lœscherus* in tr. de Caus. lingu. Hebr. recteque affirmat, illum *etsi vulgata Aramæorum lingua inter accolos fuerit usus, asservasse tamen acceptam a majoribus Ebræam in familia &c.*

P. 38r

P. 3o.

v. Frid. Spanhemii Historia Jobi. c. 13.  
Bava bath. c. 1. f. 14.  
T. VII, p. 121 & 156. edir. Franc. a 1684.

P. I. L. IV, c. 2. p. 174.

1. 20. Moral. c. 25.  
in thes. phil. p. 505.  
lib. I, c. V. §. 8. p. 59. 19.

Vel ut clarius dicam, Ebræam ad Aramæam inflexam & mixtam locutus est, qua dialecto & totus hic liber scater, uti supra innumeris exemplis hoc probatum dedimus. Idem mihi videntur intendisse LXX interpretes, vel quicumque autor istius narrationis sit, quæ eorum interpretationi Jobi annectitur, (siquidem post Christum natum hæc scripta videntur) qui Syriaci sermonis, meminerunt, ita scribentes: *Ἔτος ἔργον ἐν τῆς συριακῆς βίβλος* &c. Arabica certe lingua tunc temporis adhuc in utero quasi latuit Aramææ antiquæ, ex qua postea prodiit, cum tanto discrimine, uti hodie extat. Hinc tot Arabismi apud Jobum non occurrunt, quam quidem manifesta indicia Aramææ, commodeque illa arabica ad Chaldæo-Syriasmum reduci poterunt, licet interdum e monumentis Arabicis in defectu aliorum demonstrantur. Consuetudinem quodammodo hic deprehendo Hieronymum ita in Jobum de versione sua præfentem: *Hæc translatio nullum de veteribus sequitur interpretem, sed ex ipsa Ebraico, Arabicoque sermone, & interdum Syriaco, nunc verba, nunc sensus, nunc simul utrumque resonabit.* Conf. *Aug. Pfeifferi* *Introduc.* in orientem. Atque hisce solum abruptissimum, Deo grates humillimas decernentes, pro præstito hæcenus auxilio, cui soli sit laus, honor atque gloria in sempiterna secula!

Qu. X. p. 15. sq.

יְהוָה

00 A 6280


ULB Halle 3  
002 828 09X




Sb.

reho









פארוע  
שפתי ישיום

s.  
DE

# DIALECTIS EBRÆO- RUM PURIS,

DISSERT. II. EAQVE SPECIALIS,

QVO AD

## ÆTATEM MOSIS,

QVAM  
AUTORITATE AMPLISSIMI SENATUS  
PHILOSOPHICI,  
IN ACADEMIA LIPSIENSI,

SUB PRÆSIDIO

### M. JOHANN. DAN. KIESSLING,

AD D. XXX. NOV. A. MDCCXII.

PUBLICÈ DEFENDET,

### JOHANN. LOTH.

PLAV. VARISC. PH. ET TH. ST.

H. L. Q. C.

LIPSIAE,  
LITERIS GOETZIANIS.